



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Ivstitia Et, Ivs. Sex Libris totidem Tractatus appono, nempe de rerum
Dominio, de Restitutione, de Contractibus Gratuitis, de Contractibus
Onerosis, de Contractibus Fortunæ, de Contractibus Adminicularis, de
Quasi-Contractibus, & nonnullis Innominatis

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Caput. 7. Circa Præscriptionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80681](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80681)

Hurtad. tract. 1. de iust. d. 1. diffie. 37. & probable indicat Lessi. l. 2. c. 14. dub. 6. n. 38.

116
Primum
mibi partem
eligo.

Ego quidem fateor, hanc partem probabilem satis esse. Quia quamvis hæc esset creditoris incogniti voluntas, non videretur sufficere nam dum non comparet, censetur carere iure ad illa derelicta. Attamen (vbi de rebus inuentis asserui) lubet piorum vsui subscribere ea debita incerta pauperibus distribuentium. Dum enim video Pontificum compositionem eorum bonorum facere remittendo magnam partem debiti huiusmodi colligo bona illa ad debitorem minime pertinere, sed pauperibus eroganda, aut piis addicenda operibus, quorum ius Pontifex in aliud opus transfert, solentis scilicet commoditate. Si autem debitor possit licite ea sibi incerta debita retinere superflueret Præfatis summi compositio.



CAPVT VII.

Circa Prescriptionem.

D V B I V M XXII.

An dubium circa proprietatem rei post possessionem illius bona fide inchoatam, interrumpat, eam bonam fidem ad prescriptionem requisitam.

117
Nonnulla
recolo.

Idem vs. sect. 1. ad prescriptionem requiritur bonam fidem circa possessionem rei, vt constat ex reg. 2. iuris in 6. & ex cap. 1. de prescrip. de iur. p. ex Concilio Lateran. in quo leges civiles, quæ aliquando prescriptionem cum mala fide admittunt, sunt abrogatae. bona ergo fides est credulitas, qua quis prudenter indicat, rem, quam possidet, esse suam, vel ad se pertinere. Vnde qui incipit rem possidere, & id continat dubitans, an res sit sua vel ad se pertineat, non dicitur eam bona fide possidere, quia eam possidet absque iudicio, seu credulitate, quod res illa ad se pertineat. Igitur quaestioni committo, an dubium circa proprietatem rei post possessionem illius bona fide inchoatam, interrumpat eam bonam fidem requisitam ad prescriptionem?

118
Interrumpit
plane
bonam fidem.

Interrumpit quidem. Quia eo dubio superueniente cessat bona fides, cessat enim præfata credulitas, quæ cum eo dubio stare non valet: Ergo si cessat, interrumpitur; nam interruptio est cessatio eius, quod ad prescriptionem requiritur. Sic Adrian. de res. quasi. de prescrip. §. Hoc suppositio. Maor. in 4. dist. §. 9. 11. Sotus de iust. l. 4. quest. 5. art. 4.

119
Bonam fidem
non in dubio
interrumpit.

Non interrumpit. Quia iuste, ac licite potest in possessione illius perseverare, tum in dubio melior sit conditio possidentis rem, vt eam licite retineat, & nulli alteri deferat; non enim est, vnde cesset bona fides, qua iudicavit se licite rem illam retinere. Ita Couar. reg. Possessor. §. 7. Molina tract. 2. d. 63. Lessi. l. 2. cap. 6. dub. 3. Bonac. de res. d. 1. quaestio. vltim. par. 2.

Cum his sensio Doctoribus adiciens tamen si eo dubio superueniente, superueniat existimatio, qua quis possidet, errans credat in retentione peccare, aut dubiet, num in retentione peccet, interrumpi bonam omnino fidem. Idem assero.

D V B I V M XXIII.

An ignorantia inuincibilis seu inculpabilis iuris, efficiat fidem esse malam.

Certum est ignorantiam vincibilem, seu culpabilem tam iuris, quam facti efficiere fidem malam, & consequenter insufficientem ad prescriptionem. Quia quando adest talis ignorantia, credulitas, qua ignorans indicat rem ad se pertinere, est culpabilis, & ea existente, illicite rem possidet. Certum est item, ignorantiam inuincibilem, seu inculpabilem facti non efficere malam fidem, seu insufficientem ad prescriptionem. Quia ex vna parte est inculpabilis, & cum ea adest iudicium, quo licite possidetur res; & ex altera nullum ius resistit huicmodi ignorantiae, nec eam improbat ad prescriptionem: imò ei fauet lex iuris, & lex error. ff. de iuris, & facti ignor. & lex Nunquam, ff. de vsucap. Quæstio igitur procedit de ignorantia inuincibili, seu inculpabili iuris, an scilicet efficiat fidem esse malam?

Non efficit in foro conscientiae fidem malam, seu insufficientem ad prescriptionem. Quia ea ignorantia existente, non adest iudicium, quo quis illicite possideat rem, in foro autem exteriori efficit plane malam fidem, seu insufficientem ad prescriptionem. Quia ius exterius præfata ignorantiae resistit. Sic Modi. de res. §. 17. Et probabile reputant Lessi. & Becan. apud Hurtad. citandum. Non efficit in foro conscientiae fidem malam.

Efficit omnino malam fidem ad prescriptionem insufficientem non solum in foro externo, verum etiam in conscientiae foro. Quia prescriptio nullam habet vim adhuc re ipsa & in foro conscientiae nisi solo iure humano, eo enim solo est introducta, Ergo nullam habet vim adhuc re ipsa, & in foro conscientiae, nisi quando ipsum ius humanum, quo introducta est, id disponit; ius autem humanum absolute & absque vlla limitatione disponit, quod non habet vim, nec locum, quando adest error, seu ignorantia iuris, vt patet l. iuris ff. de iuris, & facti ignor. vbi dicitur iuris ignorantiam in vsucapione negatur prodesset: vero ignorantiam prodesset constat, & l. Nunquam, ff. de vsucap. ibi: Nunquam in vsucapionibus iuris error. possessoribus prodesset. Ergo quando adest ignorantia, fides iuris quamvis inculpata, fides est mala non Theologicè, sed civiliter, id est, reprobat, & fit insufficientis ad prescriptionem. Ita Couar. reg. possessor. p. 2. §. 7. Molina tr. 2. d. 64. Lessi. l. 2. c. 6. dub. 5. Becan. c. 9. dub. 5. Hurtad. de iust. l. 1. d. 2. diffie. 4. Bonac. de res. d. 1. §. vlt. par. 2.

Hanc sententiam longe probabiliorem esse reor, addens, ignorantiam iuris semper efficiere fidem iuris semper efficere fidem malam civiliter, seu insufficientem ad prescriptionem, non

non solum ad eam que requirit titulum, & tribus, vel decem, vel viginti annis expletur sed etiam ad eam que titulum non requirit, queque triginta expletur annis. Quia prefata iura quibus insufficientes ad prescriptionem ostenduntur, loquuntur absolute absque exceptione, & restitutione aliqua prescriptionis.

DVBIVM XXIV.

An mala fides illius, à quo quis rem accepit, nocet ad prescribendum, ei, qui accepit illam.

125 Non nocet, si qui rem accepit à possessore mala fide eam possedit tempore sufficienti ad prescriptionem, bona quidem fide. Quia accidentale ei est, illius à quo accepit rem mala eam fide possedisse. Lessi. l. 2. cap. 6. dub. 13. Conar. reg. possessor. p. 2. §. 9. n. 5. Gloss. in regul. 1. 4. in 6. hoc probabile esse docent asserentes scilicet, heredem, qui rem ab antecessore mala fide accipientem posse eam prescribere, si ipse triginta annis bona fide possedit.

126 Mala fides, quia antecessor possedit rem adeo nocet ei, qui illam immediate ab illo accepit, ut hæres nequeat rem illam prescribere, quamvis eam bona fide possideat toto tempore alias sufficiente ad prescriptionem. Quia id constat ex l. si mala fide Cod. communia, de usucap. Et quia simpliciter hæres fictione iuris censetur eadem persona cum suo antecessore, ut patet ex l. cum hæres ff. de diversis, & temporalibus prescrip. Ergo sicuti quando hæres incipit mala fide possidere rem, non potest illam prescribere, ita etiam non poterit, quando antecessor cepit mala fide eandem possidere, Ita communiter Doctores, quos sequitur Galpar Hurtad. de inst. r. 1. d. 2. diffi. 5.

127 Hoc verius esse existimo. Apposui vero in conclusione mala fidem antecessoris nocere ei, qui rem immediate ab illo accepit ut hæres. Quia qui non accepit immediate, quamvis ut hæres hæredis illius; & qui non accepit, ut hæres, quamvis immediate, v. gr. ut legatarius, vel ut donatarius, vel ut emptor possunt prescribere tempore alias sufficiente, non computando sibi tempus possessionis illius antecessoris; quia non bona sed mala fide possidere cepit. Poterunt tamen illud sibi computare, si antecessor bona fide cepit possidere.

DVBIVM XXV.

An possit quis, Beneficium retinere in foro conscientia, si postea constet, illud vero titulo non habuisse.

128 Nonnulla Suppono, ius patronatus, seu ius presentandi ad Beneficium contra primatum pre-

scribi decem annorum spatio inter presentes, suppono, & viginti inter abentes, quando adest titulus coloratus: quando vero non adest viginti annorum spatio prescribi sine inter presentes sine inter abentes. Suppono etiam eum, qui pacifice beneficium aliquod titulo colorato possedit, pacifice triennio absque simoniaci ingressu, & quando Beneficium vacavit apud sedem Apostolicam illud possedit triennio absque intrusione in illud, prescribere contra actorem seu petentem, negando illi actionem contra sic possidentem, ut patet ex reg. 33. Cancellaria. Quæsierim tamen, an ita hoc Beneficium prescribatur, ut etiam in foro conscientia possit quis eum retinere quamvis postea constet, illud vero titulo non habuisse.

129 Non potest illud licite seu in conscientia foro retinere. Quia Beneficium nequit absque Canonica obtineri institutione, ut dicitur reg. 1. in 6. Ergo quando constat non fuisse sic ob- tenum, nequit ut proprium retineri, Conar. reg. Possessor. §. Molina tr. 2. d. 70. Turrian. d. 47. dub. 5.

130 Illud licite seu in conscientia foro retinere potest. Quia ex vno capite ea in reg. 33. Cancellaria. Pontifex decernit: quod pacifice possidens Beneficium triennio cum titulo colorato, nequeat super eo molestia affici, & quod impetratio Beneficij sic potest iura sit, & ex altero nulli alij actionem ad Beneficium huiusmodi conceditur. Ergo Pontifex proculdubio vult, quod sic possidens Beneficium illud possideat, & securus in foro conscientia maneat. Ita Azor. p. 3. l. 7. c. 35. g. 10. Sanch. sum. l. 7. c. 29. Laym. l. 3. tr. 1. c. 8. Navar. Becan. Nicol. Garcia, Rebus, quos asserit, & sequitur Hurtad. de inst. r. 1. d. 2. diffi. 10.

131 His adhæreo Doctores indicans, Pontificem interrogatum hoc proculdubio responsum. Quia non crediderim summum Prelatum tantum attendisse ad lites vitandas, & non simul ad scriptulorum obturandas punitiones, quod maioris est ponderis, quam lites auferre. Equidem, quamvis iure ordinario reg. 1. in 6. Beneficium nequeat absque Canonica institutione obtineri, bene tamen extraordinario iure habito reg. 33. Cancellaria.

DVBIVM XXVI.

An res legitime prescripta sit, quando post legitimam prescriptionem constat fuisse alienam.

132 Restituenda quidem est, nec vllam in foro conscientia vim habet huiusmodi prescriptio. Quia alias prescribens locupletatur cum aliena iactura, quod est contra regulam locupletari, de regul. iuris in 6. Sic Rotunda v. Prescriptio, & alij.

133 restituenda non est, habetque vim huiusmodi prescriptio in foro conscientia. Quia legitime prescribens rem aliquam vere & recte ipsa sit illius dominus, seu illius Dominium acquirit: ex vna enim parte Princeps supremus

EL SCOBAR
Theol. Mar.
Tom. VII. V. II.
E. IV

mus tam Ecclesiasticus, quam laicus id potest ob publicum bonum tribuere, ut in presenti ad lites vitandas: & ob hanc causam sanctum est utroque iure tam Canonico, quam civili, ut constat ex *c. clerici*, 26. q. 3. & ex *cap. si virgo*, & ex *cap. Sanctorum, de prescrip. & ex l. 1. §. 3. de usucap.* aliisque iuribus. Ergo prescriptio re ipsa, & in foro conscientie habet vim, ut prescribens rem, valeat eam licite retinere & prescribens vere fit dominus, seu vere acquirit rei Dominium, non solum vile, seu indirectum omnium rerum, quas prescribit, & directum rerum mobilium, (in quo Doctores conveniunt) sed etiam directum rerum immobilium; quia nullo iure, quo prescribenti Dominium tribuitur, limitatur ad vile, imò in *cap. Clerici* Dominium prescriptione acquisitum appellatur *Proprietas*, quæ non distinguitur à Domino directo, nec ad rerum mobilium Dominium restringitur Ita Caietan. *summ. v. Prescriptio*. Molina *de iust. iur. lib. 2. d. 61. Conatus reg. Possessor. part. 3. §. 2.* Bonacin. *de restitu. d. 1. in fine*, Hurtad. *de iust. iur. lib. 1. d. 2. diff. 14.*

133
Hoc longe probabilius. Regula enim illa locupletari, qua dicitur, *neminem locupletandum esse cum iactura aliena*, intelligenda est, nisi quando id est iure sanctum, ut in presenti materia contingit. Quamvis vero legitima prescriptio vere & re ipsa transferat dominium in prescribentem contra dominum rei priorem: nihilominus iure ipso conceditur restitutio in integrum adversus prescriptionem minoribus, quamvis prescriptio quadraginta fuerit annorum, & quamvis id sciverint, & restituere potuerint. Et eadem restitutio extenditur ad Ecclesias, ad alia loca pia, ad Rempublicam, ad communitatem cuiuscumque oppidi, ad universitatem studiorum, ad rudes, ad feminas, ad Principes quoad principatus bona, fisci que ad absentes Reipublice causa, ad constitutos in vinculis, aut in hostium potestate, aut alio impedimento ita detentos, ut non potuerint res suas repetere. Et etiam conceditur maioribus ætate, quando prescriptio fuerit decem, vel viginti annorum, modo probent omnimoda ignorantia ipsorum, aut saltem probabili factam fuisse prescriptionem. Conceditur autem omnibus prefatis dicta restitutio per quatuor annos postquam sciverint contra ipsos fuisse factam.

DVBIVM XXVII.

An Prescriptioni possit renunciari.

134
Minime potest. Quia iuri publico nemo potest derogare. *l. Ins publicum, ff. de pactis*: At prescriptio inducta est principaliter ob publicum bonum, ne, inquam dominia rerum incerta sint. Ergo nullus potest prescriptioni renunciare, sic Bart. *ad l. Nemo potest, ff. de legat. 1.* Gregor. Lopez *l. 1. titul. 29. p. 3.*

135
Potest planè. Quia ea renunciari possunt, que primo spectant privatorum commodum, & secundario bonum publicum, ut tradit Glossa ab omnibus recepta *ad cap. de causis*

de offic. de legat. At prescriptio primo spectat prescribentium fauorem, & secundario, ac incidenter ius publicum. Sicuti quilibet alia lex que bonum privatum spectat, renunciari potest tamen respiciat simul bonum publicum: quia hic secundarius respectus à lege separari non valet. *C. Erit autem lex. dist. 4. leg. 1. §. 2. ff. si quis in conscribendo. C. de pactis.* Ita Dynus *ad l. Nemo potest* laison *ibi num. 80. & in 2. lect. numer. 111.* Ripa *numer. 105.* Alciat. *rubric. de prescrip. numer. 22.* Gutierrez *in repet. ad l. Nemo potest. num. 470.* Palauus *de iust. iur. lib. 3. d. vni. pan. 2. §. 1. n. 6.*

136
Eiusdem
sum memis
Eiusdem mentis sum, iudicans huic sententie non ob stare legem *de die. ff. de pactis dotalibus*. Vbi non permittitur pactum, quod dos mulieris deterior fiat, tamen causa dotis & utilitatem privatum, & communem respiciat; ne inquam mulieres sint indotatæ *lege 1. ff. soluto matrimonio*. Quia ut apte respondet Gutier. *citatus num. 473.* in causa dotis utilitas publica à privata separari non potest: in prescriptione potest planè quippe utilitas publica prescriptionis est ne rerum dominia incerta sint: at posito pacto, ne prescribatur aliqua res Dominium illius incertum non manet, utpote presertatum primo possessori: illud vero certius est, renunciari posse ne ius executionum decennio prescribatur, ut concessum est *l. 63. Tauri, que est hodie l. 6. titulo 14. l. 4. noua collect.* quia per huiusmodi renunciationem non manet dominium rei incertum.

DVBIVM XXVIII.

An circa prescriptionem rerum mobilium Romana Ecclesia gaudeat aliquo privilegio.

137
Certum
statuo.
Certum est, mobilia privatorum possessione triennali cum titulo prescribi: sine titulo autem triginta annorum spatio prescribuntur etiam adversus Ecclesiam. Molina *iracl. 2. d. 68. l. 2. cap. 6. dub. 7. argumento l. 3. C. de prescrip.* si enim ibi cauetur mobilia prescribi triginta, annorum spatio: tacite supponitur, mobilia eodem prescribi debere, cum prescriptio immobilium sit difficilior. Dixi *etiam adversus Ecclesiam*, nam cum in hac prescriptione mobilium nullam repetatur ei esse concessum privilegium, eius prescriptio privatorum prescriptione est regulanda. Quæsierim autem, num in hac prescriptione, seu usucapione rerum mobilium Romana Ecclesia aliquo privilegio gaudeat.

138
Gaudet quidem; necessaria namque est contra eam centum annorum prescriptio. *Privilegio* Quia in Authentic. *Quas actiones C. de sacros. Ecclesis* dicitur. *Quas actiones alias decennales, alias vicennales, alias tricennales prescriptio excludit. Hac si loco religioso competant, quadraginta annis excluduntur usucapione trienni; vel quadrienni in suo robore durantes, sola Romana Ecclesia gaudente centum annorum spatio.* Et quia *cap. Cum vobis, 14. de prescrip.* abique vlla distinctione rerum mobilium, & immobilium, dicitur *Contra Romanam Ecclesiam*

concedenda.

non debet nisi quatenus iure iplo sufficienter colligatur: at ob causam ignorantie non colligitur ex iure maioribus, imo nec minoribus, aut Ecclesiae restitutionem concedi, quin potius contractum non legitime inferitur. Probo ex clausula illa generali: *si qua alia causa mihi esse videbitur in integrum restituam*. Vnde non colligitur, ignorantiam comprehendere posse, sed aliam causam extrinsecam similem illis, quas retulerat; tum quia pronomen. *Alia* regulariter implicat precedentem qualitatem, argumento *leg. si fugitivus, Cod. de servis fugitivis. & ibi Glossa*, & factis indicatur in *l. 1. §. si quis propter ff. de itinere, actuque privato*. Vbi ait Consultus, *si quis propter inundationem usus non sit itinere, actuque hoc anno, cum superiore usus sit potest repetita die hoc interdicto vii per integram restitutionem, ex illa parte edicti, si quam mihi ista causa videbitur*. En qualiter illa clausula generalis non ad ignorantiam, sed ad inundationem contingentem refert. Ita Andreas Fachinell. *l. bro primo controvers. capite. 69. Palays de iust. tractatu. 31. d. vni. p. 12. §. 17. n. 5.*

147
Hoc probabilius mihi à communi forensi usu recedenti.

Cum his à sententia viforensi magis recepta recedo, & huic legibus & ratione confortiori adhaereo, videns equidem praescriptionem aequè ignorantiam, ac scientiam nocere, ut constat ex *c. vigilanti de praescript. & l. fin. Cod. de praescript. longi tempor.* Subditur enim ibi ratio ne, si admitteretur scientia, & excluderetur ignorantia altera dubitationis inextricabilis oriretur occasio, cum difficillimum probatu sit, ignorantiam inuincibilem interuenisse. Et quia si ob causam ignorantie restitutio conceditur, vix locus esse potest praescriptioni, cum raro homines scienter permittant, sua bona, & iura ab aliis occupari, si id valeant impedire.

praescriptae ad iudicatum est, & à Domino priore ablatum, ut constat ex *§. 1. instit. de vsucap. & leg. Acquiritur, 2. §. non solum, ff. de acquirendo rerum dominio l. 3. ff. de vsucap. l. Traditionibus, Cod. de patris cap. Inter memoratos, 16. quæst. 3.* At hoc Dominium donatione, donatione ex errore procedente, nequit praescribens amittere, utpote quæ non est vera donatio, sed erronea debiti redditio Ergo poterit sic donatum tanquam nulliter donatum vindicari. Ita Abbas in *c. Ad aures, n. 4. de praescrip. Corneus consil. 14. col. 6. Conar. ad reg. Possessor. p. 3. §. 1. numer. 1. Andreas Fachinell. l. 1. controu. cap. 70. Laym. l. 3. sect. 5. r. 1. cup. 8. num. 2. 3.*

Longe verius hoc putarim. Quia communis sententia testatur praescribenti triennio ¹⁵⁰ *Lo. ge hoc* rem mobilem, & decennio, vel vicennio ^{mibi verius} immobilem cum titulo, competere actionem vindicationis rei aduersus priorem Dominum: At tricennalis praescriptio bona fide peracta eandem vim habet, ut constat ex *lege si quis emptiois §. 1. Cod. de praescrip. 30. vel 40. annor. & ex cap. Placuit, §. potest. 16. qu. 2. & tradit Abbas citat. & Bald. de praescrip. p. 2. q. 2.* Ergo Tamen in Regno Castellæ ob legem illam regiam 21. cenfeo priorem sententiam esse praesertendam, sic se lex habet: *si acacie se perder la tenencia della, puedela asmandar à qualquiera que la falle, fueras ende al verdadero dueño della, & entonces si el señor la cobrasse sin fuerza, è sin engaño, è pudiesse probar el señorio, que auia sobre aquella cosa, no seria tenido de seladar.* Legendus Gregor. Lopez ibi.



CAPVT VIII.

Circa Vsumfructum.

DVBIVM XXXI.

An si praescriptione per acta, quis domino repenti rem restituat putans, se ad id esse obligatum: possit eam ab illo vindicare tanquam indebite datam.

148
Potest rem vindicare.

SI praescriptione triennali, vel decenniali aut vicenniali cum titulo quis rem possedit, poterit eam vindicare ab eo, qui indebite dedit. Quia ita statuit lex *si quis emptiois, in principio C. de praescrip. 30. vel 40. annor. sic Glossa ibi, & Salicet. Bald. de praescrip. 2. p. 3. q. 6. Conar. ad reg. Possessor. p. 3. numero. 1.* At si rem tricennali, vel quadragena praescriptione absque titulo, bona tamen fide, quis possedit, minime poterit à pristino dominio vindicare: bene tamen ab aliis. Quia prior dominus dominium directum non amisit sic Glossa, Angel. Bald. Salicet. *ad l. si quis emptiois. Quam opinionem approbat lex leg. 2. l. tit. 2. q. 3. quæ incipit, y si acacie se, perder la tenencia della, &c.*

149
Vindicare non poterit.

Ex qualibet praescriptione legitime peracta ius praescribenti competit, tam aduersus dominum priorem, quam aduersus quoscunque alios. Quia praescribenti Dominium rei

DVBIVM XXXII.

An vsufructuarius adstringatur ad inuentarium consiciendum rei in vsufructum sibi concessæ, vel etiam cum testator remittit huiusmodi obligationem.

ERTVM est vsufructuarium adstringi ad inuentarium rei sibi in vsufructum concessæ consiciendum, ut propono. ¹⁵¹ *Certa suppono.* bat *lex 1. §. recte, ff. de vsufructu.* Quia cognosci non poterit, an vsufructuarius re sibi concessæ recte vsus fuerit, eamque interim proprietario nequibit reddere finito vsufructu, nisi cum ab illo accepit rem vtendam descriperit. Quæsierim autem an vel testator remittere possit huius inuentarii consfectionem?

Nec testator potest remittere. Quia id esset ¹⁵² *Nec testa-* in illius, cui est proprietaria ad iudicata, præ- *inducium.* Sic *Iason consil. 40. numer. 2. lib. 1. cor potest Paulus de Castro consil. 221. volum. 2. Pinel. remittere.*